



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. IV. An, & quâ ratione denuntiationes publicæ præcedere debeant ante
matrimonium?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

uno sess. 24. c. 7. De reformat. injunguntur, ut tales scilicet non conjugat, nisi diligentem prius inquisitionem de statu illorum, & habilitate fecerit, ac licentiam ab ordinario obtinuerit, ob periculum, ne tales cum impedimento dirimente nulliter contrahant.

Ad secundam quaestionem respondetur validum fore matrimonium, cui Parochus alterutrius sponsi, vel sponsæ se licet assistat, etiam si assistat extra propriam Parochiam, aut in aliena etiam Diœcesi; cum hæc assistentia, ut dictum, non sit actus jurisdictionis, saltem fori contentiosi, qui extra propriam Diœcesin exerceri non possit; probabile tamen est, quoddam talis Parochus extra propriam Parochiam assistens matrimonio, si solemniter assistat sine licentia ordinarii, vel Parochi loci, peccet, & puniri possit, propter scandalum, quod potest dare, involando in officium alterius.

Ad tertiam quaestionem etiam jam responsum, moralem & humanam debere esse presentiam Parochi, & testium in casu validi matrimonii, ut sciant scilicet, & advertant, quid agatur, sive casu tantum intervenerint, sive volentes, sive inviti interfuerint, sive proprio sensu hoc, quod agitur, advertant, sive per interpretem intelligant, ita ut non sufficiat sola Physica presentia, quæ nihil eorum, quæ aguntur, advertit, neque enim in jure censetur presens, qui non adest more humano intelligens, vel judicans quid fiat.

§. IV.

An, & quâ ratione denuntiationes publica procedere debent ante matrimonium?

Denuntiationes, seu proclamationes sunt monitiones quædam, quæ præmittuntur matrimonio contrahendo, ut si quis Canonicum impedimentum inter sponfos sciat, illud intra certam competentem aperiat, v. g. Parochus, ut hic ulterius rem hanc delectat, si de veritate indagare possit, ac non dubitans si probabilis conjectura sit, de impedimento interveniente: & quævis hæc denuntiationes de essentia matrimonii non sint, cum hoc validum sit, contra etiam illis, ut ex Trident. colligitur, quod præcipit quidem denuntiationes non irritat tamen matrimonium si omittis; omitti tamen non possunt sine peccato gravi tam à Parochis assistentibus, quam à sponfis contrahentibus, nisi per his sic dispensatum, ex jussu cuiusdam Episcopi (cujus prudentia res hæc Concilio committitur) vel ejus Vicarii, vel in quibusdam casibus, ex consuetudine, à loci Parochis, ita tamen ut in quibusdam casibus nonnunquam debent etiam post contractum matrimonium denuntiationes istæ, ante matrimonii consummationem, de quibus plura Theologi Morales, quos citat